'ocabulary 13

verbs		*nouns*		*adverbs*	
ēvigilō, -āre	I wake up	**aura, -ae**, f.	breeze, air	**numquam**	never
excitō, -āre	I rouse, awaken	**domina, -ae**, f.	mistress	**umquam**	ever
invideō, -ēre + dat.	I envy	**fōrma, -ae**, f.	shape, beauty		
teneō, -ēre	I hold	**marītus, -ī**, m.	husband	*conjunction*	
colō, -ere	I worship; I till	**sonus, -ī**, m.	sound	**sī**	if
dēpōnō, -ere	I put down	**arbor, arboris**, f.	tree		
vīvō, -ere	I live	**lūx, lūcis**, f.	light		
		vōx, vōcis, f.	voice		

adjectives		*pronouns*	
dīvīnus, -a, -um	divine	**nēmō, nēminis**, c.	no one
nūllus, -a, -um	no	**quī, quae, quod**	who, which
pulcher, pulchra, pulchrum	beautiful		

Nominatives: underlined once
Accusatives: underlined twice
Datives: underlined 3 times
Verbs: Boxed
Prep. phrases: Parentheses

Fābula trīstis

Horātia et Scintilla (sub arbore) quiēscunt. Horātia mātrī dīcit: 'dum quiēscimus, māter, nārrā mihi fābulam.' Scintilla filiae respondet: 'quālem fābulam audīre cupis, cāra fīlia?' Horātia 'nārrā mihi,' inquit, 'fābulam dulcem, māter.' Scintilla 'audī, fīlia,' inquit, 'nārrābō tibi fābulam dulcem sed trīstem.'

multīs abhinc annīs (in terrā longinquā) rēx et rēgina habitant quī trēs fīliās habent; omnēs fīliae pulchrae sunt, sed nātū minima, Psȳchē nōmine, multō pulcherrima est. omnēs virī omnēsque and all fēminae eam laudant et quasi deam colunt. tandem dea Venus īrāta est, invidet puellae, quod pulchra est, invidet quod omnēs eam quasi deam colunt. Cupīdinem arcessit et 'tū, cāre fīlī,' inquit, 'amōrem (in pectoribus hūmānīs) excitāre potes. ī nunc, puellam pulchram quaere Psȳchēn nōmine. sagittam ēmitte et cōge eam amāre hominem aliquem miserum et īnfōrmem.'

Cupīdō mātris imperia perficere parat. arcum capit et sagittās, et ad terrās volat. mox Psȳchēn invenit, quae sōla sub arbore sedet. trīstis est; nam omnēs eam laudant, omnēs colunt, sed nēmō amat, nēmō in mātrimōnium dūcit. Cupīdō diū fōrmam illam mīrandam spectat. iam dormit Psȳchē. accēdit Cupīdō et eam propius spectat. statim amōre flagrat. dum dormit puella, tollit eam et per aurās vehit ad domum dīvīnam; ibi eam lēniter in lectō dēpōnit.

mox ēvigilat Psȳchē et surgit. omnia spectat. vōcēs audit sed nēminem videt. vōcēs dīcunt: 'omnia quae vidēs, domina, marītus tuus tibi dat. nōs tibi famulae sumus. intrā et cēnā.' Psȳchē valdē attonita est sed cēnāculum intrat et cēnam videt parātam.

quālem? what sort of?
dulcem sweet
nārrābō I shall tell

multīs abhinc annīs many years ago
longinquā far off
nātū minima the youngest
multō pulcherrima far the most beautiful
quasi like, as if
arcessit sends for
pectoribus hūmānīs human hearts
Psȳchēn (Greek accusative)
sagittam arrow; **cōge** compel!
aliquem some; **īnfōrmem** ugly
arcum his bow; **volat** flies
mātrimōnium marriage
mīrandam marvellous
propius nearer
amōre flagrat burns with love
vehit carries
lēniter gently; **in lectō** on a bed
quae (*n. pl.*) which, that
famulae servants
cēnāculum dining room